



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Quod dixit quod sedebat in throno ecce noua facio omnia Deo gratias. **V.** Hec est domus domini firmiter edificata bene fundata est supra firmam petram. **Sup. Nunc dimittam.** Lapidem preciosum ut infra in laud. **Preces solito more usque.** Sacerdos.

Beati quod ha. Collocanda. **O** concede quoniam omnipotens deus: ut hoc in loco nominis tui dedicata sit cunctis petentibus aures tue pietatis accommodare digneris. **Per. Ad matutinum. Inuit. Te.** plura hoc semper ingredietes Rex pie exaudi domine. **ps. Venite.**

In primo nocturno. an. Dominus in templo sancto suo dominus in celo allatus. **ps. In domino confido. an. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales.** **ps. Dominus est terra. an. In templo domini omnes dicent gloriam.** **ps. Afferte domino. V. Domine dilexi decorem domus tue Et locum habitationis glorie tue.** **Sermo beati augustini Lectio prima.**

R. Ecce festa ecclesie colunt qui se ecclesie filios esse cognoscunt. Hec enim omnium creaturum mater est que natos ad mortem regenerat ad salutem. Hec est post synagogam quidem vocata sed ante synagogam promissa. Hec enim iam in primo homine prefigurata est. Nam sicut ex adere latere abricata est eua: ita ex

christi corpore et vulnere redempta creuit ecclesia. **Tu. R. In** dedicatione templi decanta sicut bat populus laudem. **Et i ora** eorum dulcis resonabat sonus. **V.** Fundata est domus domini super verticem montium et exaltata est super omnes colles. **Et i ore. Leo ij.** **N**ec intra archam diluuii exundant et seruata crucis beneficium et baptismatis misterium presignauit. Hanc sara sterilis et desperata in senectute: unico pignore secunda percipuit. Ecclesia enim unicum id est dilectissimum deo populum seculo iam senescente progeniuit. **Tu autem. R. Fundata est domus domini super verticem montium et exaltata est super omnes colles. Et veniet ad eam omnes gentes. et dicent gloria tibi domine. V. Benedic domine domum istam quam edificauit nomini tuo Et veni.** **N**ec est regina illa de qua ad dominum dicitur **A**stitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate id est diuersarum circumdata precioso decore virtutum. Hec est illa regina que venit a partibus ethiopiae audire sapientiam salomonis. Sed hec non tam eterna regine quam ex vniuersis mundi partibus reges paritura conuenit. sicut etiam euangelista commemorat. Regina austri ves

nisi a finibus terre audire sapientiam salomonis Tu autem domine. **R.** Benedic domine domum istam: quam edificavi nomini tuo venientium in locum istum. Et audire preces in excelso solio glorie tue. **V.** Qui regis israel in corde de qui deductis velut oues ioseph. **Exa. Gloria. Exa. In secundo do nocturno. antiphona.** Erunt michi domine in deum et lapis iste vocabitur domus dei. **ps.** Iudica me deus antiphona. Edificavit moyses altare domino deo. **ps.** Deus noster refertur antiphona. Cum euigilasset iacob de somno ait vere dominus est in loco isto. **ps.** Magnus dominus. **V.** Beati qui habitant in domo tua domine. In secula seculorum laudabunt te. **Lectio iij.** Venit ecclesia ad redemptionem et eruditorem suum ut ostendat stulticia erroris doctrinarum periret veritatis. De qua plenus sicut audimus regnum scribit historia ita dicens. Et ingressa regina iherusalem cum multo comitatu et diuitiis cum camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis et gemmas preciosas venit ad salomonem et locuta est ei uniuersa que habebat in corde suo. Tu autem. **R.** Adduxisti sacros tuos in preparatione. Quam preparauerunt manus tue domine. **V.** Altaria tua domine virtutum rex meus et deus meus beati qui

habitant in domo tua. **Qua.** Ergo in figura regine. **Le. v.** huius ecclesia venit ex gentibus et a finibus terre imponens fines cupiditatibus vitisque terrenis: ut audisset sapientiam salomonis id est veri pacifici domini nostri iesu christi qui fecit vtraque vnum soluens inimicitias inter deum et hominem in carne sua. Tu autem. **R.** Benedic domine in templo sancto glorie tue. Quod edificatum est ad laudem et gloriam nominis tui. **V.** Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Quod edificatum. **Lectio vi.** Venit post veteres et profanas supersticiones audire et discere de fidei illuminatione et iudicio futuro. de anime immortalitate. de spe resurrectionis et gloria. Venit ergo in iherusalem cum multo comitatu id est non tam cum vna tantum gente iudeorum sicut prius synagoga solos habuit hebreos sed totius mundi gentibus diuersisque nationibus. Tu. **R.** Hanc surgens iacob erigebat lapidem in titulum. Fundens oleum de super votum vouit domino. **V.** Cum euigilasset iacob de somnis ait vere dominus est in loco isto. Fundens Gloria. Fundens. **In tertio nocturno. antiphona.** Non est habitatio nisi domus dei et porta celi. **ps.** Te decet. **antiphona.** Vidit iacob